

dictas dominas in loco sepulcri parentum nostrorum nobis eligimus sepul-  
turam. Ne ergo alicui absencium uel posterorum possit dubitacio de premissis  
suboriri presentes sigillis fecimus communiri uidelicet nostro karissime vxo-  
ris nostre & fratris petri gothensis confessoris nostri. Datum anno domini.  
M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXXIX. Secunda feria ante passionem domini jn curia nostra hydæ.

Sigillen till det mesta bortfallna.

668.

1279 d. 1 April.

BIRGER PHILIPSSONS samtycke till förenande af Husaby på Wikbolandet och Algudavi gård med  
det af KON. WALDEMAR inrättade nya Kanonikatet i Linköping.

B. 3: 128.

Omnibus presentes litteras inspecturis B. philippi filius Salutem in do-  
mino sempiternam. Constare volumus per presentes nos ratum & gratum ha-  
bere secundum consensum dominj. W. quondam regis & fratris suj dominj.  
M. regis Sweorum jllustris quod ecclesia husaby inter wika Canonie linco-  
pie quam dictus dominus. W. de nouo creauerat & curiam algudawy assi-  
gnauerat perpetuo sit annexa Datum anno dominj M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>.LXX nono Sab-  
bato passionis dominj.

669.

1279 d. 15 Maj.

Alsnö.

K. MAGNUS I:s Stadfästelse på fordna Konungars anslag af Fattigtionden i Tiunda-, Attunda-  
och Fjerdhundraland till Upsala Domkyrka.

A. 7. 2. 2: 13. \*)

Omnibus presentes litteras inspecturis. Magnus dei gracia rex sweo-  
rum. salutem in domino sempiternam. Quoniam ad nos spectat ecclesiarum  
utilitatibus ac statu regni nostri pacifico preuidere & intendere diligenter  
quomodo inter regnum & ecclesiam, ad quorum protectionem nos diuina  
clemencia esse uoluit obligatos, pax firma maneat, & stultorum audacia qui  
pacem horum perturbare satagunt, nostrarum euidencia litterarum refrene-  
tur. Hinc est quod nos intencionem ac factum uirorum illustrium predecesso-  
rum nostrorum uidelicet Erics regis sweorum tercii nec non & dilecti pa-  
tris nostri uiri discreti Domini birgeri ducis, ac maiorum tunc regni prin-  
cipum existencium cum eodem pio fauore prosequentes, ac ratum habentes,  
de

\*) Finnes äfven A. 4. a 1: 4, 5. i vidimation af K. BIRGER år 1305.

de consensu nunc Prelatorum ac regni maiorum principum, quorum consensu & presencia decimas que uulgariter pauperum appellantur de tiundaland, attundaland, fiedhrundaland ecclesie vpsalensi suisque prelati ab antecessoribus nostris ut dictum est libere resignatas ac dimissas auctoritate regia perpetuo confirmamus. Inhibentes ne quis eas de cetero retineat, uel impediatur, prout offensam regiam duxerit euitandam. Et quia super hijs eciam uidimus statutum ecclesie romane seu eius mandatum non cancellatum, nec abolitum aut aliqua sui parte uiciatum, decuit nos hoc presens negocium omni honore prosequi, quia predictae romane ecclesie filij obediencie esse uolumus cum effectu. Declaramus eciam presenti scripto, fundos ecclesiarum liberos esse ab omni iure regio per diocesan vpsalensem, quia predicta vpsalensis ecclesia semper nobis fauorabilis secundum iusticiam exstitit, & ideo inter nos & uenerabilem patrem Dominum. F. quondam archiepiscopum vpsalensem, Telgis in concilio prouinciali sic exstitit ordinatum. Datum apud alsnu. anno domini. M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>.LX<sup>o</sup>.X<sup>o</sup>. Nono Jdibus Maij.

Sigillet skadadt.

670.

1279 d. 15 Maj.

Alsnö.

Kon. MAGNUS Is Salubref på Gultabrunna och Ekelang i Erla Socken till Eskilstuna kloster.

A. 3. 1. 1: 4.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras intellecturis, Magnus dei gracia Rex sweuorum salutem christi fidelibus repromissam, Quoniam propter vite fragilis breuitatem hominumque labilem memoriam, que racionabiliter acta sunt processu temporis, frequenter in dubium reuocantur, nisi in scriptis redacta litterarum viuacitate ac testimonio fuerint perhennata, Nos harum serie ad pupplicam tam posteriorum quam presencium proferimus nocionem Quod nos terram XVI:cim solidorum in gultubrunnum que ad coronam pertinebat, pro iusto precio vendidimus uidelicet. XXXII. marcis vsualis monete, Et terram nouem solidorum in ekelang, in ærlasokn abyring que eciam ad coronam pertinebat cum agris pratis siluis nemoribus pascuis piscarijs & quibuslibet suis attinencijs eciam pro iusto precio uidelicet vigintj marchis vsualis monete, sancte domui hospitalis beati johannis baptiste in æskilstunum dimisimus perpetuo posidendam, Transferendo in eiusdem domus fratres dominium & plenam proprietatem dicta predia regendi donandi vendendi obligandi siue quocumque modo voluerint ordinandi pro ipsorum libito uoluntatis, sublata nobis & nostris successoribus omni facultate, sepedicta predia aliquo ingenio repetendi, Quia pro tanto curabimus omnimode, corone

*Sv. Diplom.*

69